Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De ss. Eucharistiae sacramento - Cod. Ettenheim-Münster 318

Thomas <von Aquin, Heiliger>

[S.l.], [17. Jahrh.]

Articulus 4tus

urn:nbn:de:bsz:31-131434

Visual Library

Articulus 4tus.

Quid sit Sacramentum Eucharistiae, quae sint ejus partes, et an sit unum, vel multiplex?

44. Dico 1. Eucharistia est Sacramentum corporis et sanguinis Christi sub speciebus panis et vini, ad spiritualem animarum refectionem divinitus institutum. Ita Laymann et quoad substantiam omnes Catholici. Definitio haec brevis est et clara, discernitque hoc Sacramentum ab omnibus aliis, habetque genus Sacramentum, differentiam reliquis terminis expressam, atque adeo licet non omnes alias minutias forte observet, habet tamen bonitatem theologicam. Dicitur autem corporis et sanguinis Christi, quia hoc in illo praesentia sunt. Dicitur: sub speciebus panis et vini, quia per has corpus et sanguis Christi sensibilia redduntur, sine quo non esset signum sensibile. per reliqua explicatur 1. quod sit Sacramentum vivorum non ad dandam, sed ad nutriendam vitam primario institutum. deinde quod ejus finis sit refectio spiritualis animarum conferendo gratiam per modum convivii.

Dico. 2. partes intrinsecas hujus Sacramti 45.
sunt Corpus et sanguis Xti. Ita Bellarm.
Suar. Vasq: Coss: Lugo. Laym. et communiter
nostri contra plures Scotistas et Thomistas,
qui Sacramtum constituunt in solis speciebus,
ita ut Xtus non sit pars Sacramti, sed tamen
realiter praesens sit in Sacramento. probatur
conclusio. 1. Sacra scriptura, patres et
Doctores passim dicunt, hoc Sacramtum
esse cibum et potum spiritualem: istud non convenit
speciebus, quae quidem sustentant, non tamen sunt proprie
ipse cibus et potus; Xtus enim ait: caro mea
verè est cibus, et sanguis meus verè est potus.
2. SS. PP. vocant hoc Sacramtum corpus et
sanguinem Xti: dicunt mutari panem in corpus
Xti. hae verba tam clara et toties re-
petita non debent absque gravi ratione in sensu
tropico accipi. ergo.
3tio. Sacramtum Eucharistiae ipsum per se 46.
adoratur, juxta illud Ecclesiae: tantum ergo
Sacramtum veneremur cernui, et docet
Trid: sess: 13. cap. 5. sed species per se
non adorantur. ergo hoc Sacramtum involvit etiam
corpus Xti. si dicas, non sola species,

sed species ut quotantes corpus Xri esse
Sacramentum, contra est: vel hoc denotat: species
ut quotantes involvit aliam novam partem,
vel non: si primum: involvet corpus Xri.
vel iterum non poterit adorari. si secundum: cadit
argumentum. 4. juxta nos sacerdos conficit hoc
Sacramentum ex præjacente materia: non conficit species
ergo hæ solæ non sunt Sacramentum. sed datur adhuc
alia pars, scil: corpus et sanguis Xri, quod
vel cujus præsentiam sacerdos conficit. ergo.
47. Dico 3. etiam species panis et vini sunt pars
constitutiva Sacramenti. Ista communis. probatur.
Sacramentum est signum visibile gratiæ: sed tale non
est ratione corporis et sanguinis Xri, quæ non sunt
sensibilia in se in Eucharistia: et redditur
autem talia per species: ergo etiam species sunt pars
signi sensibilis, seu Sacramenti. 2. Trid: sess.
13. cap. 1. docet, in hoc Sacramento contineri corpus
et sanguinem Xri: atqui nil continetur in se
ipso, sed in alio saltem inadæquate distincto,
sicut pars dicitur contineri in toto. ergo etiam
Sacramentum hoc est inadæquate distinctum a
corpore et sanguine Xri, adeoque etiam
tamquam partem involvit species sacramentales.

Vel dicas poe dici Sacrmtm hoc involu-
vere verba gsecraois, n e dicit quilibet ū
tis gtineri corpus Xri, sed sub speciebz, neqz
Sacrmtm hoc e sensibile tm per verba
transeuntia et transeunter, sed per spes
permanentes em ipsu — e sensibile
permanenter.
Rursus Sacrmtm hoc dicit frangi: sic 48.
canit Eccliā: fracto demu Sacrmto ne
Sed n frangit corpus Xri in se, neqz verba
sed sola spes. go em ista dent illud gstituere.
Item Innoc. 3. capite cum marte de
celebraoe Missaru, asserit in hoc Sacrmto
tria distingvenda, scil. foa visibile, seu
spes, veritate corporis, seu corpus Xri,
et virtute spirile, seu graa sctificante.
primu dicit, ee Sacrmtm tm, qi pure
sgficat: alteru ee Sacrmtm et re Sacra-
menti, qi sgficat graa, et sgficat per verba
et spes. ttiu ee rem tm, qi tm sgficat;
atqui coiter auctores dicunt, id iqz em
in hac latiori sgficaoe vocat Sacrmtu,
ee de gstitutivo Sacrmti, qi vel e totu
signu visibile, vel pars illg. go. tandē
corpus Xri sape e in loco, ubi n e

Sacramentum. quod ipsum non est totum Sacramentum. Si dicas dari quotare species, Reding supra n: 46.

49. Quare partes sunt etiam species et corpus Christi, et quidem corpus Christi non nude acceptum, sed ut praesens sub speciebus, licet enim darentur species hic et corpus Christi alibi, non daretur Sacramentum, adeoque etiam praesentia, seu connexio cum speciebus, in quocunque tandem consistat, est pars Sacramenti, praeter hoc constituunt hoc Sacramentum forma consecrationis, de qua egimus. n: 53. et 75. de Sacramentis in genere. Item Institutio Christi; de qua n: 64. praeterea intentio et potestas Ministri, seu probabiliter caracter Sacerdotalis sunt etiam partes hujus Sacramenti, si quidditative sumatur, uti habetur n: 121. panis vero ipse et vinum seu materia remota Eucharistiae probabilius non sunt partes Eucharistiae, ut diximus n: 153. Sed neque sumptio seu usus est pars Sacramenti. Ita D. Thomas, dicens, hoc Sacramentum perfici in ipsa consecratione materiae, nam juxta communem sensum Ecclesiae hoc Sacramentum perficitur ante usum; et sumptio est tantum applicatio ejusdem, ut constat gradu.

Dico. 4. Eucharistia est unum specie Sacramentum integrum et completum: Ita D. Thomas et communis. Probatur ratione Angelici. Sacramentum hoc est institutum, ut sit spirituale convivium, quod corporali conformatur; ad hoc autem ut integrum sit, requiritur cibus et potus: ergo etiam ad unum integrum spirituale convivium requiritur cibus et potus: ergo hoc Sacramentum est tantum unum formaliter continens Christum sub specie cibi et potus. 2. ut fides docet, tantum septem sunt Sacramenta: ergo Eucharistia est tantum unum, alias forent plura.

3. Cathechismus Romanus de Eucharistia clare hoc docet, ita loquens: licet autem duo sint elementa, panis scilicet et vinum, ex quibus integrum Eucharistiae Sacramentum conficitur, non tamen plura Sacramenta, sed unum tantum esse Ecclesiae auctoritate docti confitemur.

/

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

qd attinet ad multiplicaõe numericam, quaestio 51. 25
ē, ut rectè advertit Mar: de modo loquendi,
et pt dici hoc Sacrmtm unum vel multiplex,
prout vox Eucharia â diversis accipitur. qui
dicunt importari in recto solum corpus Xti,
dicunt unum numero eē Sacrmtm; nam ĝcreta
accidentiâ multiplicantur multiplicato recto,
adducúntqe hi auctores pro se aliquos textus,
qibq tn responderi pt, exprimi illis tm, qd
praecipuum ē in Eucharia. qui verò dicunt,
em spēes venire in recto, dicunt eē plura saltem
inadequatè Sacrmta, et qui cum Vasq: docent,
solas spēes venire in recto, dicunt ĝster â for-
tiori dari plura Sacrmta. et hi afferunt pro
se textum cap: tribq gradibq de ĝsecraõe. distinct.
2: ubi Clemens Papa ait, tanta holocausta
offerenda eē in altari, quot populo poînt suf-
ficere. Cumqe addat, quae remanserint, eē
cum timore et tremore â Clericis absumenda,
colligitur eum hostias jam ĝsecratas vocare
holocausta.
Notant tn em hi auctores, ñ sufficere 52.
multiplicaõem tm physicam, sed requiri moralem
ut spēes sint discontinua, imò Haunoldo
ñ sufficit distinctiõ tm physicâ, qdo e: g:

Sacerdos hostiā in 3. partes dividit, vel
plures particulas residuas sumit. sicut ē
qui plures bolos ejusdē cibi sumit, ñ dicitr
sumere plures cibos, sic moraliter loquendo
ñ dicitr Sacerdos sumere plura Sacrmta,
sed ad hoc juxta hunc auctorē requiruntr
sumptiōes moraliter plures, quales ñ sūt,
si Sacerdos ɔtinuatis vicibs sumit plures
successivē particulas. Unde juxta ɔtū
modū loquendi multiplicitas Eucharistiæ
desumitr à speciebs imprimis physicē distinctis
et discontinuis ac sumptiōibs moraliter
pluribs; nam si eadem species replicatæ
sumerentr à duobs, vel si essent species physicē
qdm distinctæ, sed tn ɔtinuæ, vel sumerentr
unâ moraliter sumptiōe, ñ conferentr
plura Sacrmta. Vide: Suar: tom. 3. in
3. partē. disp: 39. sect. 4. et Haunold.
lib. 4. cap. 2. ɔtroversia. 1. et. 2.

Articulus 5tus.
Solvuntur Obnes.

53. Ob: 1. ɔtra 2. ɔclusiōē. corpus Xti ñ
sgficat, sed sgficatr 2. ñ ē sensibile. 3.
neqs ē mōa, neqs sōa. gō ñ ɔstituit